



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Manuale Parochorum, Sive Institutiones & Praxes Tum Vitæ, tum Officii Pastoralis

Musart, Charles

Monachii, 1654

I. Prudentia est pernecessaria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41616**

libus erat quoq; aliquid, quod mone-  
rem: Verùm alio postea loco fiet  
commodiùs.

## CAPVT V.

Sit Prudens, Vigilans, Diligens,  
NVM: I.

*Regimen animarum singularem requirit  
prudentiam.*

**P**Rudentia ceterarum virtutum  
moderatrix est: iis enim medium  
ponit, intra quod consistant, ne defe-  
ctu, aut excessu à recto exorbitent.  
Principalis est hæc virtus, id est, viro-  
rum principum, & regum: sine quâ  
regere velle insania est: Philosophi  
ea mens est, idq; sapientes Ægypti o-  
culo ad summitatem sceptri fixo hye-  
roglyphicè adumbrârunt; sed nulli  
prudentia necessaria magis, quàm pa-  
storibus animarum: est enim hoc regi-  
men, vt eminens, ita perarduum,  
ideóque Christus, cum Apostolos ad  
salutem animarum ex officio procu-  
randam

randam emitteret, prudentiam nominatim commendauit. *Estote prudentes, sicut serpentes*, quorum scilicet oculi & vigiles sunt, & ad peruidendum perspicaces. Quid hinc ais; Neo-paroche? plurima sanè tibi erunt dicenda pro suggestu in concione, pro facibus tribunali, publicè, priuatim; sæpe danda consilia petentibus; sæpe notanda petentibus suggerenda; subinde etiam ex tempore: Argum propterea te esse oportebit, centum oculis præditum ut omnia longè latèq; conspicias, & omnibus prouideas. Profectò homo imprudens, & quem necdum magister usus docuit; tam multa, tamq; variata atq; perplexa, neq; rectè, neq; probe peruidebit, neq; verò conficiet. Quid inde? illud sequitur. *Si cæcus, cæco, & reliquum nòsti.*

## NVM: II.

*Modi assequendi prudentiam in munere pastoralì.*

At